



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, 1709

XXII. Octobris.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50916](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50916)

S. Maria Salome felix Mater sanctorum Apostolorum Jacobi & Joannis, sæpe cum Deipara versabatur. Hujus exemplo se ad Jesu amorem excitari delectata, cum hac Christum ad Calvariam sequebatur, sub cruce cum eadem stetit, Christi corpus sepelivit, & aromata illi condiendo præparavit. *Vita.* Sociam passionis quidni sit & gloriæ?

S. Maria Salome ora pro me Deiparam, ut ejusdem Filii passionis acerbissimæ semper memor, & pro eadem gratus vivam; illi fidem meam, spem & charitatem commenda, ut in his semper cresciam, usque ad perfectum diem, ut credam sine hæsitacione, sperem sine pusillanimitate, amem sine cessatione. O Sanctissima DEI, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, quantum possibile, &c. *fol. 190.*

Ad quod impetrandum: socium me hodie Dolorosæ Matri jungam, & ejus dolores in me conabor experiri.

Ad cujus nutum universa reguntur, sub ejus disciplina & arbitrio Deus infans versatur. S. *Udeph. l. 1. de Ass.*

Quæstio: An B. V. cogitationes Filii sui cognoverit? *v. Euf. b. Gall. dom. 1. post Epiph.*